

Band XI., Nr. N5674, Seite 531

*Adelheid und ihr verstorbener Mann Heinrich haben dem Kloster
Lichtenstern Güter in Weinsberg geschenkt, wofür dieses ihre Schulden zu
übernehmen hat.*

Burg Weinsberg, 1271. Ohne Tagesangabe.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus presens scriptum audientibus, quod ego Adelheidis et Heinricus maritus meus beate memorie ecclesie sancte Marie in Liechtenstern predium nostrum in remedium nostrarum animarum dominis nostris de Winsperg Engelhardo et Engelhardo consentientibus dedimus omni iure quesitum et inrequisitum perpetualiter possidendum ea condicione, ut ipsum claustum creditoribus nostris in debitis pro nobis teneatur satisfacere. Sunt autem ista bona que claustro dedimus: apud civitatem Winsperg tria iugera vinearum et unum ortum, item apud Willinbach quatuor iugera agrorum, item apud Affaltrach septem iugera vinearum, item redditus denariorum anserum pullo- rum quot ibidem habuimus predicte ecclesie dedimus. Item apud Eschenawe alterum dimidium iugerum vinearum in remedium animarum nostrarum dedimus. Ut hec autem donatio predii nostri rata et inconvulsa teneatur nec per aliquos in posterum impulsetur, presentem paginam conscribi fecimus sigillo dominorum nostrorum roboratam.

 Acta sunt hec in Castro Winsperg, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo.

Nach dem Kopialbuch des Klosters Lichtenstern von ca. 1500, Bl. 61 b.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 469 U 3

Überlieferung und Textkritik:

Original. Auch im Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 173 (Kopialbuch des Klosters Lichtenstern von ca. 1500), Bl. 61b.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Burg Weinsberg

Ortsindex:

Affaltrach Wohnplatz (2302)
 Affaltrach, Obersulm, HN
 Eschenau
Wohnplatz (2305)
 Eschenau, Obersulm, HN
 Lichtenstern
Wohnplatz (2063)
 Lichtenstern, Löwenstein, HN
 Weinsberg
Wohnplatz (2238)
 Weinsberg, HN
 Willenbach Wohnplatz
(2160)
 Willenbach, Oedheim, HN